

Theophilo-Sigefrido  
Bayero.

Alphonfus Des-Vignoles  
S. P. S.

De silentio meo, plus quam quadrimestri, quid amicitia <sup>tua</sup> cogitat? Me debiti oblitum, aut rescribere neglexisse? Nullo modo. Multis me districtum negotiis aut distractum? Ita contigit, et quorum pars magna fuisti. Pleraque historici enarrabo.

Litteras tuas, XI Kalend. Febr. datas, et commentarium de choris Sinicis, Folio Sinico opertum, magnifice impressum, et omnibus partibus absolutum, quasi ex Bibliotheca proprio prodiret, Die 26 Martii tandem accipi. Nunc ad me directum, primo intuitu laetus conspexi: Sed mox animum subit, litem tibi suscitare. Quo jure, me Astro-  
nomum Regium appellas, et Kirchium, Amicum, ab officio removes, ut tyronem ei substituas? Deinde,  
ojam

Jam questum de alio Elogio hyperbolico, cur hinc Chro-  
logorum nostri Seculi principem dicis? Non irascor tamen  
 Quin imò memor dicti Italorum, Tu in adultis, matu-  
 ri mihi piace: candidè fateor; His exceptis, nullum scriptum  
 majori cum voluptate meminisse me legere. In rebus ipsis  
 adeo conformes sumus; ut, quamvis contrarium inter nos  
 constet, aliis videri poterit, Nos, ex condito scripsisse.  
 Præterea, nova, taliaque subministrasti subsidia et argu-  
 menta, ut ad methodum Cycli Sexagenarii, in mense  
 ac diebus, demonstrandam, aliquid addere necessarium non  
 videatur.

2. Cum ergo Academiae nostrae placuerit, Novum Miscellaneorum  
Volume edere; pro symbola mea, Supplementum  
addidi ad disquisitionem de Cyclis Sinensium: in  
 quo, quantum tibi debeam, publicè profiteor. Istud, ut  
 credo, Halae jam sub prælo sudat, aperietque partes  
Mathematicam, unde Volume inchoare visum fuit

3. Interea novus supervenit labor, cujus occasio attius est repetenda. Programma Chronologiae meae, passim reserptum, acriter impugnavit Loyolita quidam Trevottianus, A. 1734. Octob. cui ego, 30 Julii 1735 defensionem opposui, in Bibliotheca Germanica, T. 33 vulgatam. Censor, inter alia objecerat, Turmeminii, summoepae laudati, Supplementum ad Menochium, ignotum nobis. Cum autem supplementum istud, separatim non proftaret, in Bibliopoliis Parisiensibus, Amicus quidam, proprio motu, Journeminiu[m] adit, qui ipsi, die 4. Aprilis, exemplar unum Supplementi quaesiti, quod apud se habebat, sive ut vocat, Tabulas suas Chronologicas, cum epistola, brevi quidem, sed benevola, tradidit. Epistola per cursorem publicum, paucis post diebus, ad me pervenit: at Tabulae nonnisi post tres integros Menses, impatienter expectatae. Testibus Trevottianis (a. 1706 Maji p. 308. 9.) opus est octoecim annorum, variis Doctis adoptatum, quorum

6 plures

plures nominat, Duhalous, de quo dicam in sequentibus.  
 Et de quo ad me scribens ita autor ipse loquitur: Non  
tamen sine aliquo metu, meas Lucubrationes (quam  
quam Criticorum insignium approbatione confirmatas  
ac in Galliâ, Italia, Angliâ, Bataviâ, à scriptoribus  
magni nominis pro veris et certis Epochis acceptas.) Ch  
 nologicae operitissimo iudici expono. Hae plus quam  
 totum Alphabetum continent, sive 27. plagulas in fo  
 minutissimo caractere, quibus Titulus hic praefixus  
 Tabulae Chronologicae Sacrae Veteris et N. Test. auctore  
 R. P. \*\*\*\*\* Sed duas tertias partes implent variae  
 Dissertationes, I. Saliani, Ludovici Capelli, I. Bapt  
 Riccioli, Nicolai Abrami, I. Mariae Ayroli et  
 L. Posfoni; tertia tantum Pars est Editoris. Ita, ut  
 totum opus non immerito Supplementum ad Meno  
 um vocetur. Omnia tamen perlustranda fuerunt  
 Praeq; partem Chronologicae Sacrae, quam tra  
 dam

eam suscepi, non spectant, et perperam sunt excogitata.  
 Reliqua in Chronologia meâ discussa et convulsa sunt.  
 De responsione perplexus haesi. Male inventa laudare,  
 damnata approbare, nec mihi moris est, nec viri probi.  
 Quid ergo faciendum? Probabiliter conjiciens, Turnemini-  
 um mense Aprili, offensionem meam non vidisse, ingenie  
 ab eo quaesivi, an quaedam ipsi displicerint? Sin-  
 minus, et cum ipso libere communicandi licentia concedas.  
 Me, non Judicium, de quo non opus est, post tot, tantosq;  
 approbatores, sed dubia quaedam tubentius proponitur.  
 rum. Ceterum, ut debeo, gratias egi, et gratiosâ suâ  
 Epistolâ, et eximio suo Libro, unde spero, me plura pro-  
 posito meo utilia collecturum. Academia nostra,  
 nuperrimè magni pretii opus sibi comparavit, historiam  
imperii Sinensis, curâ L. du Halde, Parisiis  
 à 1735 magnificè impressum. Constat id quatuor spissis  
 Voluminibus in Folio, quorum Unum nunc apud  
 me

me habeo. Istius sive *Lazio* est mere Geographica.  
 Praeter duas *Mappas* Generales, et novam *Topogr-*  
*aphicam*; quindecim *Speciales* totidem *provincias* reprae-  
 sentant, tali modo dispositae, ut ex iis quindecim, una  
 confici possit *Mappa*. Omnium autem locorum  
 longitudoines, hinc et illinc, directae sunt ad *Lexinen-*  
*Meridianum*. - - - *Berolini*. Kal. Aug.  
 1736.